


# Pronosticon Auctore M.

Alofresant Sene ad Christi fidem in Rhos

diorum Ciuitate cōuerso Ab anno

M.CCCC.XXV. vsq; ad

annum, M.D.XL.





Basileæ apud Pamphilum Gengenbach, Anno, M. D. XIX.

...s prad  
...logia du  
...ne traden  
...logo, qu  
...etur, ap  
...ra necem  
...is pos  
...e passam  
...puod Lili  
...ia labes,  
...pene tot  
...kito, Qu  
...m morie  
...ris aduen  
...ois hære  
...est vuen  
...age dira  
...nize con  
...aggredia  
...s & Tur  
...lececi vlt  
...ominis p  
...iturū ar  
...succed  
...peritia  
...tenly in  
...s flexus p  
...si nō pro  
...m apud



## VVM DIVINA PIETAS MIHI

Aloresantiam annū centesimū agenti tandem  
 id gratiæ tribuerit vt Rhodis sacro baptismatis  
 fonte renascerer, statui rerum quorundā admira-  
 biliū euentus, cum apud Turcas, tum apud Chri-  
 stianos ab anno vigesimo quinto & quadringē-  
 tesimo supra Millesimū ad annū vsq; M. D. XL  
 futuros prædicere, Quorū noticiā (quantū huiusmodi datū est)  
 Astrologia duce cōperi. Quā quidē scientiā me deus opti, max.  
 edocuit, tradente Patruo meo magistro Estolgart magni Turci  
 Astrologo, qui ne carcere clausus Ioannes Burgundie dux morti  
 traderetur, apud ipsūm Turcā effecit. Asserens illius vitam ma-  
 gis quā necem esse in rem ipsorum Sarracenorū, idq; astris defini-  
 tum. Quis postliminio reuersus in patriā multo Christianorū san-  
 guine, passam prius vlcisceretur iniuriā, Idq; maxime eo in re-  
 gno quod Lilianum dicunt, vbi clam exurgens pestilens quædā  
 inuidia labes, & serpens vbiq; venenū, multis eisq; maioribus &  
 quib⁹ penetotius regni, administratio videbit̄ esse cōmissa, certo  
 erit exitio. Quæ res grassante magis inuidia, per quorundā prodi-  
 tionē, in mortē huius clarissimi Ducis resiliet. Cuius casus, belli at-  
 trotioris aduersus dictum regnū vsq; ad quartū inclusiue præscri-  
 pti Ducis hæredem iuge fomentum erit. Neq; his nostris diebus  
 tanta est viuentiū multitudo Christianorū, quanta illius occasio-  
 ne, strage dira peribit. ¶ Ostensis igitur meæ fortunæ, artis & ex-  
 perientiæ conditionibus, rem istorū quattuor Ducis Ioannis hæ-  
 redū aggrediamur, singillatim enarrādo, quid cuiusq; inter Chris-  
 tianos & Turcas sua ferat ætas. ¶ Primus itaq; dicti Ducis pa-  
 tris Neceni vltimus hæres, vir prudēs & fortis animi, feroxq; Li-  
 liani nominis p̄secutor & hostis erit, Nihil (quod ac illis in pernicio-  
 ciem futurū arbitrabitur) nō mox tentabit, eiq; omnia feliciter ac-  
 p̄ voto succedēt. Regnabit autē multis annis, vt virū sciētia rei mi-  
 litaris peritia (testis erit Liliana clades) ac plurimorū rerū experiē-  
 tia cæterisq; ingenij dotibus instructū par est & decet. At q; ei fœ-  
 mineus sexus plus satis est futurus, vitę suę latenter insidiabitur,  
 plura si nō prolixior fiam edicerem. Postulatus cum apud Fran-  
 cos, tum apud Rhomanos, ad multos honores & clara fastigia

recusabit. Nec Europa conclusum tenebit nomē illius quin & ad  
trāsmarinas euolet auras, vnus erit in ore omniū, vn<sup>9</sup> famat<sup>9</sup>, vn<sup>9</sup>  
paterni cœdis vltor prædicabit. Secūd<sup>9</sup> hæres nō segnior primo  
paterni sanguinis vindicator, ferro cūcta coercebit, tandē & ipse  
ferro cadens. Hac tempestate Rex Lilianus Ducem cui Leo inli-  
gne est multa premet anxietate. Sanguis etenim illius exterminas-  
bitur, dempta vnica filia. Hæc sola supstes nubet gentis extere vi-  
ro ex sanguine coronę clausę, quę multis contumelijs affectum,  
eiusq; fines dura calamitas vrgebit tum ingens bellū, ob magna-  
tum in illius filię matrimonio discrepantia vota, orietur. Erit illa  
multarū proliū mater. Quarū vnā nempe filiā secuti summi hono-  
res mox decorabūt, ita euestigio dilabent. Qui tertius sepedicto  
Duci futurus est hæres, vir comis blandus, humanus, affabilis ac  
mansueti ingenij, cū gentis magnę principibus societatem inibit,  
Crescenteq; decus honor & titulus illius. Ultra oēs ducatus Leo-  
nis anteriores principes. Nam quicquid auspicabitur iucundo fi-  
ne terminabit, nō tam ferro vel armis, q̄ vnīuersos facili comitate  
ac beneficijs in suā trahendo sententiā. Latius sup eo scriberē, sed  
ingrata nec multū cōmodatura Christianis. Verendū est eū pris-  
usq; annū secundū & tricesimū attingat, fato concessurū nihilose-  
cius glorię Leonis per eū nō nihil additū erit, Q; si forte fortuna  
contingeret, illū id ætatis viuere. Quid nō armis cogeret? Quam-  
tam (bone deus) Sarracenoꝝ zizaniā extirparet? Reuera itra du-  
cētos annos nō tam firmatū est Turcarū imperiū, q̄ si is vsq; adeo  
prematura morte extinguatur. Quippe qui Constantinopoli ac  
Hiernsolyma armorū vi expugnatis Christiano dedicaret cultui,  
quicquid aliquādo illustrissimi Godofredi de Boilon fuerat, nūc  
vero Turcica supstitione tenetur. Per idem tempus quidā coronę  
clausę Rex auri desyderio nondū vsq; satiatas Rhomanusq; pon-  
tifex qui rite & recte gregē dñicum rexit, diē claudent extremū  
variosq; tum Rhomæ, tum alijs in regnis fortunę mutationes mi-  
rari licebit. Interea cum Turcis bene erit. ¶ Anno. M. D. aut circi-  
ter vsq; ad annū M. D. & XV, vel. XX, effundetur lachrymandū  
tribulationis & miseriarū semen Christianis infestissimū. Serpent  
vndiq; pditiones, nephandiq; earū ministri proditores, fidefragi,  
familiares inimici, ac intestinę seditiones. Quod genus hominū

(Donec vulgus huic morbo medeatur) corā principibus in precio erit ac pene omnia illorū nutu gubernabuntur. ¶ Perq; id tēporis exurget filius hominis Quartus Ioanni Duci Burgundiæ hæres, huius in ortu varia cœli & astrorū porta cadentia videbuntur Cruces, e spinis ferta cōnexa, Comete, ignes, Nec christiane genti solū, sed & ipsis Mahumeticis hæc apparebunt. Quibus signis & miraculis Turcarū perfidia gens, illū aduenisse cognoscēs, qui eorū regna, ciuitates, agros, possessiones diripiat, vastet, ac durissīma clade afficiat, sibiq; & suis propterea timens. Ciuitatē suarū muros restaurare, editiores facere, fossas ipsas ambientes ampliare sataget, vnaq; omnibus erit cura, sed deum & operā perdent. Equidē affirmo, nihil huic puero obfuturū, etiā si mœnia ipsa vel ex ferro vel ex calibe construantur. Nihil hæc contra illius virtutē atq; animi magnitudinē, illi<sup>9</sup> inq; cui parē in reb<sup>9</sup> subeūdis & agendis sua ætate nō dabit orbis. Insup ego Alosrefant prenūcio ab anno. XV. vsq; ad annū. XX. supra M, D. Mercatorū negocia parū prospere, ac plane infelicitè cessura. Idq; pmerentibus peccatis Cleri, Magnatuū, plebis & omiū fere Christianorū, qui luxurie & superbiē vitijs immerſi magnis interea calamitatibus afficiuntur. Mitigabit tamen durā fortunā atq; manū diuine vltionis, nōnulla eorū in pauperes elemosynaria pietas. Precurrat etiā clades in Neapolitanos Rhomanos & id genus homines qui in sentina criminis illius, quo indies magis ac magis sordescunt versantur. De quibus satius est reticere q̄ pauca loqui. De hinc erit eis bellū aduersus potētiores ac totius Christianitatis formidabiliores, duosq; prestantissimos heroes, sed res transigetur. ¶ Præterea Ecce presinitū filij Leopardi regis Anglię tēpus erit; quod mira comitabunt. Si quidē ei<sup>9</sup> regni duo reges apparebūt. ¶ Anno. M. D. & .X. aut per id tēporis pater vitā cū morte mutabit, Ea tēpestare pditiones variē cū regno Liliano tum in Ducatu Leonis vigeant. Sed cōsurgat Leopardi filius videlicet Anglię regis, qui instaurato armatoq; milite, Lilianis bellū inferret acerrimū, sed intra annū aut citius sopiendū. Ingressus autē Ducatū Leonis, & accepta ciuitatis (quā Agripinā Coloniā vocant) possessione, q̄ plures ipsius ciuitates primates, gubernatores (qui ciuiū diligentia pditores conferiētur) ense feriet. Itaq; aperta omni

proditionis factione. Ferietur cōcordiē foedus, pœne inter omnes  
Christianos. Demum huic exercitui Rex ex plaga Septentriona  
li sociabit̄, Cuius ope & opera coronabitur regni Franciæ rex, cū  
auxilio & cum concursu Sueuorū & aliorum ex Europa venien  
tiū militū. Qua propter magna persecutiōe plebs consternabit̄  
Liliana, venientē plurimi (qui pditionis conscij fuerint) in mor  
tem ignominiosam, Luctabitur pro virili sua Rex Lilianus, vixq̄  
collecto milite libens resisteret, nihil tamen efficiens vi seditionis  
urgente, cedere compelleret. Coronabitur filius Leopardi Frans  
corū rex, eritq̄ primus Francis rectā ministrans iusticiā; Regis hu  
ius tempore dure afflictabuntur Christiani, nempe bellis, annos  
ne penuria & auræ infectioni, quā ventus & pluuia pestilentes,  
ex Norwegia in Europam, ardente sole, concurrētes intantū au  
gebūt, vt quibusdā in regionibus vix vnum aut alterum putem  
eurasurum, passim moribundi, passim cadauera iacebunt.  
¶ Verum vt aliquando finiam, Cuiuscūq̄ ab anno M.D. XII. vsq̄  
ad annum M.D. XX. vitam viuere dñs deus permiserit, is res ge  
stas videbit plures, quā si trecētos ante hæc tempora natus fuisset  
annos, Etenim anno M.D. XX. Quartus ducis Ioannis hæres,  
Sacris militaribus initiatus, primaq̄ mouens arma, fortunam du  
riusculam patietur, sed non longiorem anno, aut (quod spero) mi  
nus. O vtinam omnia mea, mea non essent, sed spoliato rerum  
omnium possessione & familia, daretur mihi tam dignum intueri  
puerum, tanq̄ virtutibus sultam indolem. Sed frustra gemo Equi  
dem cum decimū supra annum centesimū attigero, fatis concedā.  
Is adolescens Franciæ, ac diuersorū regnorū Rex coronabitur, in  
tanto quoq̄ dignitatis, honoris, potentia, & sublimitatis culmine  
locabitur, vt quicūq̄ & quocūq̄ reges citra annos trecentos fue  
re, huius comparatione parum aut nihil fuerint. Urbibus Hieros  
solymitana & Constantinopolitana forti manu comparatis, recu  
perabit quicquid olim armis quæsitū, Godofredi de Boillon hæ  
redes amisere, Immo & multo ampliora, vsq̄ ad eam quam Aris  
dam arborem vocant. Referrem ego plura, sed & si dixerim vix  
tetigisse videbor, tot & tanta erunt eius adolescentis clara facino  
ra. Cuius potentia Turcas & Sarracenos, strage, calamitate, & mi  
seria maioribus supplantabit ac persequetur, q̄ antea princeps

2

aliquis citra, CCC. annos effecerit. Nihil non ei parebit, Cadent  
moenia, etiam si ferrea aut ex calibe, vel quouis artificio confecta.  
Quæ quidem omnia nunc explicare nequeo.

¶ Erit ijs temporibus R. romanæ sedis pontifex dignissimus, qui  
toxico peribit in Christianæ reip. detrimentum nō paruum.

¶ Diuina bonitas pro sua voluntate cuncta moderari memorq;  
eorum quos sui sanguinis præcio mercatus est, nomen Christia-  
num illæsum conseruare dignetur. AMEN.

ANNO M D X . TRANSLATVM

& descriptum est hoc exemplum ab exemplari

vetustissimo, quod quidē exēplar viri gra-

ues & magnæ authoritatis se ante an-

nos. XXV. vidisse & legisse

affirmabant Louanij.




178

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.

ANNO M D C LXXXI

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.





VALLA

Sancti Hieronymi  
de Ananias p[ro]phet[is]  
et virgine ad[vers]us  
p[ro]phetas  
Liber I. In  
duobus voluminibus  
Liber II. In  
duobus voluminibus

Dei Buchelensis  
Synagoga  
Liber I. In  
duobus voluminibus


Y 27200

1









# Colour & Grey Control Chart

Danes Picta

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta
White	Grey 1	Grey 2	Grey 3	Grey 4	Black

